



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gvillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. I. De populi divisione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

21
GVILLELMI POSTELLI

De

REPVBLICA,

Sen

MAGISTRATIBUS

ATHENIENSIVM

Liber.

Ex Museo

JOAN. BALESDENS,
in Principe Senatu Advocati.

C A P. I.

De Populi Divisione.



THENIENSES, qui
& *αὐτόχθονες*, id est
indigenæ nuncupari
altius referendæ ori-
ginis gratia gaudebant, tribus
B 3 distin-

distinctos fuisse nominibus,
 scriptum non pauci reliquerunt.
 Inter illos enim erant *ἐὺ πᾶσι δῆλοι*,
γεωμόροι, δῆμιουργοί. Primo no-
 bilitas, ut Romæ patricii, appel-
 lari volebat. Geomori erant ru-
 stici, ita dicti, quod illis iam pri-
 dem pars aliqua agri Attici ad-
 colendum cessisset. Artifices, qui
 artes mechanicas & mercimo-
 nia in urbe exercebant, tertio
 vocabulo vocari solebant. Si-
 gnificabat & demiurgi vox,
 præter sellularios, & eos qui vi-
 lioribus artibus victum sibi pa-
 rabant, etiam id munus quod
 Romani Publicanum vocant.
 Iis qui erant aut ætate aut hono-
 ribus maiores, inter cæteros di-
 cebantur demogerontes, quasi
 Senatores, quibus à popularibus
 præcipue summa deferebatur
 auctoritas. Primum alioqui no-
 mē *ἀνὸς πόλιος* non populi fundi
 aut civitate donati fuit, sed illo-
 rum

ru
 ni
 An
 gi
 bi
 π
 di
 p
 ft
 el
 co
 li
 fe
 n
 &
 o
 a
 D
 la
 re
 no
 ce
 di
 ba
 de

rum quorum maiores communi omnium consensu tantum Athenis vixisse, nec aliunde originem traxisse assererentur. Ambitionis itaq; illius gratia *δημοποῖται* vocabantur populi fundi. Qui autem ex tribus unius parte tertia (quæ quot essent, statim aperiam) *ὀμοζαλανταί*, id est (si verbum licebit fingere) collactanei dicti sunt. Suprema literarum memoria illa nomina servavere, donec sibi factionum nomina, unde pestis deterrima & rerum publ. & popularium oritur, sibi fecere, quo tempore adhuc *ἰφετώ* magistratum à Dracone primo Athenis legislatore institutorum oligarchia regebantur. Erant vero hæc nomina, *πρόδρομοι*, *διὰκροι*, *πάροδοι*, *ἐπιτηρόροι*. Illi ut solidiores in reipub. opibus favebant oligarchiæ, paucorum videlicet potentia: diacrii popu-

larem flagitabant administrationem, iniquo animo potentiores in republica primas partes obtinere ferentes. parari pro rerum fluctu modo huic, modo alteri factionis parti studentes, sibi & aliis viam ad libertatem impeditam reddebant. Interim omnis iniuriæ fluctus in miseros hectemorios redundabat. Erant enim ita appellati tenuiori fortuna homines, quod potentiorum tyrannidi sextam suarum rerum partem quotannis pendere cogerentur. Fiebat itaque (quod semper in simili rerum statu evenit) ut summum ius summa esset iniuria (ut in parte corporis male affecta solent aut vitiosi aut nimii humores incumbendo dolorem augere) in miserorum civium & favoribus destitutorum caput procumbens. Ut autem cognosci possit, & velut ob oculos poni populus Athenien-

theniensis : ut præterea constet
quam vigili cura, quamque acri
magistratum ingenio ad illum
in officio retinendum opus fue-
rit, visum est illius ingenium ex
Polybii libro sexto depingere.
Fuit (ait) populus Atheniensis
perpetuo navibus navarcho de-
stitutus similis. Quum enim in
ipsis aut propter hostium terro-
rem, aut hyemis sævitiam, ani-
mi affectus classariis imperave-
rit esse animo simul concordi,
atque parere navarcho, tunc fit
ab ipsis nautis officium diligen-
tissime : sin quadam securitate
semel inceperint duces contem-
nere, ac invicem movere sedi-
tiones (ob id scilicet quod sunt
diversa omnes sententia) tunc
his adhuc navigare cupienti-
bus, illis portum petere guber-
natorem cogentibus, deformis
quædam rerum facies intuenti-
bus apparet ob seditionem &

B 5 lit em

litem inter illos obortam, his scilicet rudentes ac vela contrahere, illis è diverso laxare volentibus: sociis vero & navigationis consortibus ingens imminet periculum. Unde non raro ubi magnas pelagi procellas atque hyemes sævissimas effugere, in ipso portu impingunt, atque adeo prope ipsam terram naufragium faciunt. Quod sane iam sæpius reipub. Atheniensium contigit. Superatis enim maximis gravissimisque periculis, quum propter populi, tum propter magistratum ducumque virtutem, in facillimis, nullique adversæ fortunæ rebus obnoxiiis temere est periclitata. Quamobrem de hac amplius dicere non licet, in qua, turbæ rerum summam habet, quodam irrationabili impetu illo animi libidine conducto & instructo, ardore & vehementia impulso.

Hactē-

Haec ille. Qui res illorum aliquando perspexerit, appositam admodum comparationem Polybium scripsisse videbit. Verum ad motus factionum reprimendos est redeundum. Illi certe ob tam diversas partes & sententias non poterant aliter quam monarchia, aut uno capite, quod tam disparia regeret membra, componi. Omnium ergo consensu, & praecipue popularium, ob vitae insignem integritatem, quodque gravationi populari nunquam consensisset, Solon est ad hoc munus delectus: quam provinciam periculi plenam, ancipitisque exitus, homo integerrimus suscipere his verbis renuit. Dum tyrannidem in patriam exercere refugio, dum vim mortalium nemini infero, quum laedere quod mihi aut minuire possit honorem, nil admisi, sic videor mihi facile omnibus

bus absque tyrannide superior.
hæc Plutarchus. Quum vero
videretur à multis quod illam
renuisset dignitatem, quam ple-
rique favore, precibus, atque
amplissimis muneribus ambi-
rent, subiunxit:

Οὐκ ἔφη σόλων βαδύφρων ἐδὲ
βελείης ἀνὴρ.

Ἐθλὰ γὰρ θεὸς δίδόντω, αὐτὸς
ἐκ ἐδέξατο.

Περὶ δὲ αὐτῶν ἀγαθῶν,
ὅτι ἔπαυσε μέγα δίκτυον.

Θυμῷ δ' ἀμαρτῶν καὶ φρενῶν
ἀποσφαλεῖς.

Non est Solon magna prudentia
aut consilio homo. bona enim
Deus quum dedisset, is non ac-
cepit: intuensque, & prædam
miratus, non traxit ampla præda
refertum rete, animi & mentis
inops. Quavis tamen monar-
chiam recusavit, noluit despera-
tæ pleneque deploratæ reipub.
deesse: verum, qua arte valebar
pluri-

plurimum, consilio prudentia-
 que illam levavit, primumque
περὶ ἀχθῶν, id est oneris quo te-
 nuiores à potentioribus preme-
 bantur, excussionem excogita-
 vit. vox illa *ἐν τῷ σείδει τὸ ἀχθῶν*,
 id est ab excutiendo onere dicta
 est. Per eam æs alienum à pau-
 peribus ad oppignerata usque
 servituti corpora factum, disso-
 lutum est. Sanxit vero ne lice-
 ret ulli ob usuras ius in corpus
 habere. Multi credunt illam
περὶ ἀχθῶν fuisse debitorum
 omnium rescissionem. unde illi
 quibuscum legem illam ante-
 quam promulgaretur commu-
 nicasset, dicti sunt *ῥεσκαυπιδαι*,
 id est æris alieni rescitores, quod
 maximum fecerant à quo de le-
 ge sancienda audiverant. Ha-
 buere vero id nominis, quod
 nulli amplius fecissent, quodque
 in legis & creditorum fraudem.
 Volunt alij, ut tenuiori fortuna
 ho-

homines possent ære alieno liberari, auxisse per sisachthian pecuniæ percussæ precium; ut quod antea septuaginta drachmis mutabatur, idem centum minis postea æstimaretur: & secundum vetustam rationem persolverent. At neutra ratione videtur per se sine altera tolerabilis. fuisset enim *ῥεωσιγνή*, id est alieni æris recisio, creditoribus tam ingrata, quàm grata & optanda pauperibus: unde illud non extinguere sed alere incendium fuisset. Incrementum vero minarum adiectarum non potuisset satis esse tenuioribus ad persolvendum. unde utrumque una instituisse credi par est, ut divitibus cresceret, quod à pauperibus recuperare per legem non poterant. Ipse vero primum ut legem à se incipere cæteris legislatoribus ostenderet, de suo sex talenta auri, quæ quadragintaquinque

quinque millia aureorum nostratum proxime reddunt, remisit. Sub ipso autem rerum innovandarum tempore (solet enim omnis mutatio vel utilissima, ægre admitti) lex lata non statim placuit (divites enim secum inique actum contendebant: pauperes Attici agri more Laconico expectabant) tempore tamen procedente, & perspecta pace ex sanctione comparata, usque adeo omnium est iudicio probata, ut sacra instituerent si-
fachthię nomine. Paulatim ergo compositis rebus, cavendum more medici optimi statuit, ne rursus in eandem calamitatem incideret, compositis singulis pro cuiusque dignitate membris. Primum itaque populi censum æstimandum duxit, ut quisque pro suarum facultatum modo (si adesset vitę innocentia) dignitatem in Rep. assequi posset,
nul-

nulla habita plebeii aut patricii
 ratione : id tamen præcavendo,
 ne ulli potentiorum qui tunc in
 magistratu essent , invito se ab-
 dicare liceret. Facile itaque hoc
 temperamento summos imis
 coniunxit, & ediverfo. nec enim
 antea licebat plebeio magistra-
 tum administrare. Quatuor er-
 go ex census ratione , populi
 partes fecit, *πενταχοσιμεδίμναι,*
ἑπταεῖς vel *τριαχοσιμεδίμναι,*
ἑδύμναι, & *διήκται*. Modii quin-
 gentis censebantur primæ di-
 gnitatis. Modium vero de solo
 in quo possis modium ferere,
 dici Varro his verbis ait : Iuge-
 rum , quod quadratos duos
 actus habet. Actus quadratus,
 qui & latus est pedes 120 , lon-
 gus totidem: is modius & mina
 latine dicitur. Medimna Cicero
 vocare solet, quorum in quoli-
 bet feri ut mensura Parisiorum
 sex modii solent. Is erat primus
 census

census. hi erant post senatorii
 ordinis viros primo in honore.
 Patricii autem solebant in *ἐπισημοῦ*
ἀλιζαρχίαν eligi antequam Ario-
 pagiticus senatus à Solone insti-
 tueretur. Munus pentacosio-
 medimnorum erat, quum urge-
 bat necessitas, aliquid reipubli-
 cæ conferre pro rerum usu: quos
 statim sequebantur eodem in-
 munere secundi, trecentis censi
 modiis, dicti *ἰππῆες*, quod &
 equos domi per facultates alere
 possent, & tempore belli *ἰππῶν*
ἀνδρα persolvere, id est quantum
 homini & equo in annum alen-
 do sat esset. Bini idem (*ζευγί*),
 quasi dicas mutuo iuncti, quia
 per facultates unus non poterat,
 præstare solebant. unus itaque
 illorum censebatur circiter 150.
 medimnis. Aristoteles in Solo-
 nis institutis, quæ in Politico-
 rum libris describit, horum non
 meminit. Opificum, cerdonum,

C pro-

proletariorumque loco erant
 θῆς, nec aliud reip. pendebant
 quam numulum, qui ab illis
 θῆς vocabatur. Fuisse vero
 proletariorum, vocis arguit ra-
 tio. Nam θῆς prisco pro ποιή-
 σθαι, id est faciam, edam, dice-
 bant: unde ποιιδ ποιήσθαι, id est,
 prolis procreatores sunt dicti.
 θῆς alioqui significatio, mer-
 cenariorum nomen est. Nullum
 ius illis assequendi magistratus
 erat, quandiu census tenuitas
 eos in infimo contineret ordine.
 Hoc itaque pacto Solon consti-
 tutis veluti in certamine ad
 quos singuli contenderent fini-
 bus, morbo laborantem rep.
 reddidit sanam. Ut enim natura
 sapientissima magistra, quum
 videt aliquid à se compositum
 ita vehementer omnes intende-
 re nervos, ut loco fœlicitatis &
 boni, ad quod omnia tendunt,
 sibi infœlicitatem suapte inge-
 nio

nio comparet, aut illud idem
 partium simul agentium inæ-
 qualitate sese conficere: sapien-
 tissima inquam traducit aut rem
 aut rei partem vitio intentam
 ad aliquod institutum, ubi reli-
 cta prisca contentione adolescat
 finem consequendo proposi-
 tum: sic sapienti legum instaura-
 tori est faciendum: qua potissi-
 mum industria usus est Solon.
 Ut vero probandarum legum
 fieret maior potestas, imponens
 & patriciis & plebeiis illis, dum
 pollicetur tabularum stabilita-
 tem, his Attici agri ex æquo, ut
 dixi, divisionem, omnium con-
 sensu, antequam rogaretur lex,
 probata, utrisq; imposuit: quod
 suo maximo bono esse cum om-
 nes cognovissent, usque adeo
 gratam habuere, ut factorum
 memoria illam consecrarent
 immortalitati. quibus composi-
 tis, ubi omnia ex animi senten-

36 DE REPUBLICA
tia evenisse vidit, protulit hæc
carmina:

Δήμῳ μὲ γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος
ὅσον ἐπαρκῆ,
Τιμῆς ἔτ' ἀφελῶν ἔτ' ἐποριζά-
μιθ'.

Οἱ δ' εἶχον δαΰαμιν καὶ χρημάτων
ἦσαν ἀζητοῖ,
Καὶ τοῖς ἐφρασαμένῳ μηδ' ἐν ἀφῆκίς
ἔχιν.

Ἔστιν δ' ἀμφιβαλῶν κρατερόν σά-
κας ἀμφοτέρωσι
Νικῶν δ' ὅκ' εἶας' ἔδειξες ἀδι-
κως.

Nunc populo quantum satis est,
permissa potestas,
Detractus nulli est, estve nega-
tus honos.

Viribus atque opibus qui nomina
clara ferebant,

Hos vetui & tennes quæ minus
aqua pati.

Me obiiciens scuti in morem, quod
servet utrosque;

Neu-

*Neutra permisi vincere parte
nefas.*

CAP. II.

*De tribubus, & alijs populi
patribus.*

RESTITUTA populo pa-
ce, nobis de tribubus dicē-
dum alius repetita origine vi-
derur. Solent fere omnes popu-
li, nationes, urbesque, ut inquit
Livius, suas consecrare origi-
nes, à claris scilicet hominibus,
aut ab illis quos rudis & rerum
ignara vetustas, mundique
adolescentia in deorum repo-
suit numerum, nomina sibi im-
ponentes. ita alii Iovem (cuius
vocabulum ex veteris testa-
menti vocabulo יהוה factum
ab ethnicis est) Martem alii,
Mercurium, Pallada, Vulca-
num, & huiusmodi portentosa
deorum vitio nobilium mon-
stra, ad maiorem virtutis & an-
tiqui-